



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De sepultura d[omi]ni ca. clxxx.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

spongiam aceto: et eam imposuit arundini superposita isopo: et circumligata. et dabat ei bibere. Fuerunt qui dicerent: crucifixos citius mori: nisi acetum cum felle biberent. et ideo milites acetum secum tulisse: ut citius possent liberari a custodia: si citius morerent quos crucifigerent. Potuit esse quod vile vinum secum tulerat ad bibendum: et ex calore quasi acetum factum est. Unde ad notandum eius a credentium alii euangelista de vinum myrrhatum: alii cum felle mixtum. Quoniam si habet Iesus acetum: dixit Consummatum est. quod scilicet fieri oportebat antequam moreretur. Vel vitium humane corruptiois dixit esse consummatum. Iesus autem clamavit voce magna dicens. Pater in manus tuas commendo spiritum meum: et inclinato capite tradidit spiritum.

De signis in morte domini. Ca. CLXXVIII

Ecce velum te

capitulum quod erat ante sancta sanctorum scilicet sum est a summo usque deorsum. Remigius dicit de velum quod dicebat exterior: scilicet sum est. quod mystice tamen dicitur est: vel forte etiam velum appositum ante fores templi: quod ad regendas fores appositum est. de Iosepho cum interiori velo scilicet sum. Nam et in euangelio nazareorum superliminare templi infinite magnitudinis fractum esse legitur auditasque voces in aere. Traseamur ex his sedibus. Terra que mota est. petre scilicet. monumenta aperta. Et quidam sancti surrexerunt a mortuis. et venerunt in hierusalem: et apparuerunt multis. Forte hoc fuerit de quibus super eplam ad hebreos legitur: quod multum affectauerunt sepeliri in terra sancta: ut domino resurgente resurgerent. Unde autem aliquid eorum ita permanserint. et cum domino ascenderent ascenderunt nescimus. Quod autem aliqui eorum iter mortui sunt: postquam dominus surrexisse testificati sunt. scimus quia corpora quorundam adhuc quiescunt in hierusalem: et sanctus scarioth: unus eorum fuisse a quibusdam perhibetur. His visis centurio: et qui cum eo custodiebant Iesum timuerunt et dicebant Vere filius dei erat iste.

Beda super mattheum. Isti credentes sunt cum ascendente ascendisse simul. corpe.

De quo magis Hieronymus dubitat. Dicitur sanctus scarioth fuisse abbas: qui mortuo quidam monachi inconsolabiliter dolentes mortui sunt: et adhuc paginatum visum datur.

Quia hora. scilicet mortuo domino centurio: factus est prece fidei nostre. Et postquam recedentibus: licuit Ioseph et nicodemus disponere de funere: et mulieribus accedere. prius Ioseph hora nostra convenimus: non ad missale officium. sed quasi ad funeris obsequium.

Ex fractis curibus latronum corpus lateat. Caplm. CLXXX.

Ideum autem nere

maneret pendentes in cruce in magna die sabbati rogauerunt pilatum ut frangerent crura eorum: et tollerentur ne festum eorum horrore diuturni cruciatu fedaret. Licet quod milites primi fregissent crura latronum: et venissent ad Iesum inuenientes eum mortuum os non comminuerunt ex eo. Sed unus militum lancea lateris eius dextrum perforavit. et continuo exiit sanguis et aqua: et quod lanceavit eum: ut tradidit quidam cum fere caligassent oculi eius: et casu tetigisset oculos sanguine eius clare vidit.

Opinio est cruce domini xv. pedes habuisse et altum: et tabulam suppositam pedem et dimidium. Ite super locum ubi Christus crucifixus est: hinc scriptum est grece. theos. i. h. de basilico simon rex noster. proseonas. i. ante secula. glorie. i. opatus est. sothias. i. salutem. emelioris. i. in medio. gis. id est terre.

De sepultura domini. Ca. CLXXX.

Im autem sero

factum esset: Ioseph decurso. i. unus de ordine curie ab arimathea: qui est ramatha ciuitas belchane patris samuelis: viues et iustus. de quo etiam quidam putant conscriptum esse psalmum. Beatus vir: qui non cōsensit actibus et consiliis aliorum: petijt a pilato corpus Iesu. quod et ipse discipulus erat Iesu: sed in occulto. venit quoque etiam cum eo nicodemus frater myrrhe et aloes quasi libras centum. Ista amaritudine sua vermes arceat a corporibus mortuorum: et acceperunt corpus Iesu: et inuolutum syndone quam emerat Ioseph: ligauerunt lineis albis: que creditur attulisse nicodemus. Erat autem non longe monumentum novum in petra excisum: in quo posuerunt eum. Et quia in simplici syndone inuolutum est corpus Iesu: instituit siluester papa: ut sacrificium altaris in lino tamen parano celebretur.